Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



praeoccupauit hunc locum quem nunc considerauimus ubi ciues
eius & potentiam uirtutis in eo stupebant. & ignobilitatem ge
neris condemnabant. Nam hoc eum dicteris dixisse uiq:
dictas mihi medici cura teipsum. Quanta audiuimus facta in ca
farnaum fac & hic in patria tua. Cum secundum eius dem ipsius
lucae narrationem. nihil adhuc legatur fecisse capharnaum.
Quodqua longum non. e. & facillimum. e. & p necessario rerum
inserimus. Unde ad hoc narrandum & quomodo uenerit postea
quam baptizatum & temptatum dnm indicauit. ita sequitur.
& consummata omni temptatione. diabolus recessit a illo usq:
ad tempus. & regressus. e. ihs in uirtute spsi in galileam & fama
egit per uniuersam regionem de illo. & ipse docebat in synagogis
eorum & magnificabatur ab hominib; & uenit nazaret ub
ubi erat nutritus. & intrauit secundum consuetudinem suam
die sabbati in synagogam & surrexit legere. & tradtus. e. ill
liber pphetae esaie & ut euoluit librum inuenit locum ubi
scriptum erat spsch̃ i. sup me propter quod unxit me euange
lizare pauperib; misit me praedicare captiuis remissionem
& caecis uisum dimittere confractis in remissionem praedi
care annum dni acceptum & die tribulationis & cum
plicuisset librum reddidit ministro & sedit & omniũ in syna
goga oculi erant intendentes in eũ. Coepit autem dicere
ad illos. quia hodie impleta. e. haec scriptura in auribus uris
& omnis testimonium illi dabant & mirabantur in uerbis
gratiae. quae procedebant de ore ipsius & dicebant nonne hic
filius. e. ioseph. & ait illis. utiq: dicetis mihi hanc simili
tudinem medice cura teipsum. Quanta audiuim̃ facta
in capharnaum. fac & hic in patria tua. & cessare donec peragat
totũ ipsũ narrationis suae locum. Quidergo euidentius quam
hoc eũ sciente mpraeoccupasse narrandum. Cum utiq: iam
magna a illo in capharnaum facta fuisse & ipse nouerit
& ipse commemorat. quae nondum narrasse uiq: scit neq: eũ